Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26227
Copyright: Admont, Benediktinerstift

34

bonorum operum. surgite qui iacetis. sic apostolus ait. Surge qui dormis et ex
surge a mortuis. et illuminabit te christus. Hactenus fratres satis obdormis
tis. huc usque pigritati estis. huc usque involutabris vitiorum versati estis.
Unde apostolus quemque vestrum vocat dicens. O tu qui dormis torpore vitiorum et ne
gligentia obvolutus. et dei oblivione confusus surge per penitentiam ut in an
teriora te extendas terrena contempnas vitia odias. et exsurge per oris
confessionem et operis exhibitionem ut veterem hominem vite ipso mac
tes. et novum induas sicut apostolus hortatur dicens. Deponite veterem homi
nem cum actibus suis et induite novum hominem id est imaginem celestis ut sic ad instar
terreni usque nunc terreni fuistis et terrenam vitam duxistis secundum
carnem ambulantes. sic deinceps studeatis fieri per celestem celestes.
Propterea namque iam vobis hora est. id est oportunitas et facultas surgere
de somno. Abicite ergo opera tenebrarum. id est opera veteris hominis que in tene
bris fiunt. qui enim male agit odit lucem et ad eternas tenebras ducitur.
et induimini dominum Iesum christum. et carnis curam ne feceritis in desi
deriis. Si enim formam christi indueritis non cogemini servire carnis
desideriis. et si innecessariis. Exsurge igitur a mortuis. id est a peccatis.
qui quasi mortuus inter mortuos iaces. et illuminabit tibi christus ut ip
sum videas in presenti per speculum et enigmate. in futuro autem
facie ad faciem. Temporales iste felicitates quasi somnia sunt dormien
tium. Amici mundi hi sunt qui somniantes thesaurum invenisse.
quidam enim in somniis divitias se habere putant. sed evigilan
tes se deceptos falsa imagine reperiunt. Ita mundi amatores
temporalia bona amplectentes vera bona se accepisse opinantur.
sed per mortem evigilantes falsa bona fuisse intelligunt. dumque
prius tenebantur evanescunt. Unde propheta. Dormierunt somnum
suum. scilicet viri divitiarum et nichil invenerunt in manibus suis. et alibi. Velut somnium surgen
tium. Hec autem hic evanescant in morte. evidentissime ipse idem pro
pheta aperit dicens. Homo cum interierit non sumet omnia neque descendet cum eo gloria eius.
Surgite ergo fratres de tam periculoso et mortifero somno redite ad
cor prevaricatores. et sequimini illud prophete ezechiel. immo sci